



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LII. Die Markgrafen Otto und Conrad erlauben der Stadt Stendal eine  
Mühle auf der Uechte zu erbauen, am 10. Juli 1291.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LII. Die Markgrafen Otto und Conrad erlauben der Stadt Stendal eine Mühle auf der Uechte zu erbauen, am 10. Juli 1291.

Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, vniuersis cristi fidelibus has literas cernentibus noticiam subscriptorum. Recognoscimus, presentibus publice protestantes, quod ob gratiam seu dilectionem, qua dilectos nostros Burgenfes civitatis Stendal profequimur, ipsis ad emendationem sue ciuitatis indulimus, quod possunt construere seu edificare unum molendinum ante eorum civitatem, super aqua, quam vocamus Vechte. Huiusmodi molendinum dicti Burgenfes cum omni iure ac etiam fructu, sine omni exactione in perpetuum liberaliter sine impedimento quolibet possidebunt. Et ne huiusmodi gracia futuris temporibus per nos vel nostros heredes irritetur, presentes literas damus in evidens testimonium nostris sigillis consignatas. Testes huius rei sunt Johannes de oldenvliet ac Hinricus de wardenberg, Dapiferi, Hinricus de Vrifaac, Fridericus de Ecstede, Gherardus de Kyrchowe, Conradus de Buck, Buffo Albertus de yrkisleue, Ot. pincerna, milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Brandenburg, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>. in die VII fratrum et martyrum.

Nach dem Originale im Rathssarchive der Stadt Stendal No. 26. — Bei Beckmann's Besch. V, I, II, Sp. 6. mit dem Datum: in die 7. Firmi et Martini 1291. Bei Leng, Br. Urk. S. 131. 132. in die Septem fratrum et martyrum 1286.

LIII. Pappst Nicolaus IV. gestattet den Minoriten sich einen Visitator ihres Ordens zu wählen, am 8. August 1291.

Nicolavs episcopus, servus servorum dei, Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Vnigenitus Dei filius, cujus liuore sanati sumus et sanguinis fonte renati, solus suam fundavit ecclesiam et supra petram fidei mox nascentis erexit, beatoque Petro apostolorum principi eterne vite clauigero celestis et terreni simul imperii iura commisit, dispersos Israël ad ouile suum ministerio sue passionis reductos ligandi atque soluendi sibi et in eo suis successoribus tradito principatu. Quare romano pontifici, ejusdem principis in principatu huiusmodi successori, he vigilie precipue et solertie sedule et hec studia delidia vacua immiment ex debito apostolice seruitutis, ut ecclesiam ipsam nouo semper fetu multiplicet et greget illi gregem et disciplinis et regulis informatum, nam humane nature conditio tanquam vas figuli fragilitati subiecte facile frangitur et difficile reparatur. Propterea siquidem fideles ejusdem ecclesie ut in acimis sinceritatis et veritatis alitos vigilanter oportet cauere, ne successoris ejusdem principis ordinationibus vel decretis murmurando detrahatur vel quomodo labiis detractionis obstitatur, cum secundum apostolum dei ordinationi sit obuius, qui potestati resistit. Cum itaque ille gloriosus beatus Franciscus, confessor eximius, igne ingentis caritatis succensus, verbo et opere apostolorum discipulus, ad ampliandam in domo domini familiam plenus spiritu veritatis confurgens, ut ambulantium in tenebris pedes eruditionis sue lumine dirigeret in viam salutis eterne, quendam ordinem